

& templum Victoriae: qua de causa Mar-
lian. in Epitom. lib. 3. cap. 2. & Topo-
graph. cap. 26. & 76. insit: Arcades, qui ad
Palatinum cum Evandro venerunt, Victoria tem-
plum, sed a superiore diversum & multo anti-
quius, in Palatio construxerunt; & annua sacra
in honorem Deae celebrarunt. Haud mirum, lo-
cum non posse signari, cum plures aedes,
& duo templa in Regionibus Urbis Vi-
ctoriae Numen habuerit (Adi Panvinium
& P. Victorem. Region. 8.) immo templum
quod in Aventino figit Marlianus, Rosin.
lib. 2. cap. 10. collocat, ut supr. Halicarnas-
seus, in Palatio; sicut illud, quod ubi an-
tea Valerij Poplicolae domus fuerat, erexit
L. Posthumius ex multatitia pecunia, cum
esset Aedilis, & dedicavit Consul: juxta hoc-
cine templum Cato Censorinus aedem dedi-
cavit Victoriae Virgini anno secundo post-
quam voverat bello Hispaniensi. Liv. lib.
34. sect. 8. Rosin. & Marlian. quod du-
dum. Virgo dicebatur Victoria, quae parta
nullis desideratis. Astruxi exemplis sacris
& profanis Tom. 6. T. 4. n. 30. & 10. D. 5.
n. 15.

12 Templum hac in die Victoriae dica-
tum, fuit inter aedes Minervae & Junonis.
Cum Romani multa feliciter armis gessissent, victo-
riamque ab hostibus saepe reculissent; ne Dijs, qui-
bus praecare gesta referebant; ingrati arguerentur;
Victoria Dea templum in ea parte qua Maria Nova
hortos spectat, consecravit. Marlian. d. In hoc
templo simulacrum Magnae Matris e Pesi-
nunte Romam advectum tantisper dum &
illi aedificaretur, collocatum fuit. Idem &
Rosin. d. Anno V. C. 541. singulari prodigi-
o statua Victoriae, quae erat in culmine,
fulmine tacta corruit. Liv. 26. sect. 77. Ictus
diruit omen in simulacro Victoriae aereo,
pondo 320. praesignatum, quo post cla-
dem Cannentem Romam miserat Hieron,
Siciliae Rex; de quo idem, lib. 22. sect. 77.
& Nos, 2. August. Quodlibet inter Ethni-
cos titulo Numinis illustrabatur. Hinc fin-
gitur, cum Minerva fuisse enutritam, per
illam in numerum Deorum relatam, & tunc
appellatam Victoriam. Phornutus, de Deor.
natur. n. 20. Simulacrum ejus virgo alata,
volans, praecedente fama, dextra coronam,
sinistra palmam ostentans. Rosin. d. & Dem-
pster in lib. 2. cap. 10. Etiam Hemelar. in
Aureis numismat. Tab. 2. inquit: Victoria ala-
ta orbi insistit, dextraque lauream porrigens; sini-
stra vexillum militare atrollit, seu Labarum. Ali-
quando picta, sedens in globo stellato, &
fertur manibus gestans. Tab. 4. Interdum
gradiens. Tab. 10. Modo clypeum votivum

lib. O
Quae Vir-
toriae Virgo
In Victoriae
templo Ma-
gna Mater
bospes.
Simula-
crum la-
tens e cae-
lo.
Aurea
Romam a
Hieron mi-
sum.
Imagines
Victoriae.

columnae fixum, gestans. Tab. 51. Modò ut
notetur Maxima, cum corona & palma glo-
bo insistit. Tab. 59.

13 Variè etiam imagines à Chartario
perferuntur. Victoria, dextra malum punicum
sinistra galeam continebat. Item ut plurimum ala-
ta, volans, virginis pulchra speciem pra se fe-
rens; altera manu lauream aut oleagineam coro-
nam praeferens: altera palmam tenentis effinge-
batur. Aliquando solam coronam habens: aliquan-
do cum sola palma, aliquando etiam cum lauro in
manibus. Aliquando armata, vultu hilaris, sed
pulvere foedata atque sudore, cruentis manibus
spolia ac captivos victoribus distribuens. Eadem
pingebatur virago pexo crine, nudo pede suspensa
& strophio cincta, habens papillas tectas, flui-
dante veste. Cuncta à Chartar. de Imagin. à
pagin. 269.

14 Anno V. C. 544. ante primum diem
saeculi, captus est à Pontifice Maximo in Fla-
minem Dialem Valerius Flaccus genere no-
bilissimus. Theodor. Pulman. Annotat. in
Sueton. Emphatica prorsum sententia. Die
crastino, uti videbimus n. 10. signabatur
orbis principium: quapropter dies praefens
ante primum saeculi diem (quod videbatur
impossibile) figitur. Articulum refert Valer.
Maxim. C. Valerius Flaccus (ait lib. 6. cap. 9.
n. 3.) secundi Punici belli temporibus, luxu per-
ditam adolescentiam incohavit: ceterum à P. Li-
cinio Pontifice Maximo Flamen captus, quo faci-
lius à vitijs recederet; ad curam sacrorum & cere-
moniarum converso animo, usus duce frugalitatis re-
ligione, quantum prius luxuria fuerat exemplum;
tantum postea modestia & sanctitatis specimen evasit.
Ex Livio decerpit lib. 27. sect. 85. Ex utro-
que Alex. ab Alexandr. qui lib. 6. cap. 12.
C. Valerius Flaccus (inquit) à P. Licin. Pontifice
Maximo Dialis Flamen creatus, sacerdotium fecit
magnificum: qui cum fuisset vita & moribus in-
quinatissimus & parum secunda fama; postea sum-
ma religione & continentia Flaminio praesuit, ma-
gnoque honore & pudore spectatissimus evasit.
Post coenam dapalem (equidem coena & opi-
pera magnifice apparabatur ab electo Pon-
tificibus, auguribus, Regi sacrorum ac
Virginibus Vestalibus: Macrobr. 3. Satur-
nal. cap. 13. Varro, 3. de Re rustic. cap. 6.
Plin. lib. 10. cap. 20. & 29. cap. 5.) arbi-
trati sunt, mores antiquos fovere & luxu
& fastu: sed munere sacro pepercit genio,
evasitque virorum clarissimus. De Flamine
Diali ait Hieronym. Epist. 11. Flamen unius
uxoris vir ad sacerdotium admittitur: Flami-
nissa quoque unius viri uxor eligitur. Ad Tau-
ri Aegyptij (Apis scilicet) sacra semel maritus
assumitur.

Alia.
Valerius
Flaccus in
Flaminem
Dialem.

A Diali
instructa-
tur coena
ministris sa-
cris & Ve-
stalibus.

15 Dignitas Flaminis Dialis in summo
nonnunquam pretio fuit. Festus, lib. 6. Iccir-
co honoratus insigni veste, togà praetexta,
curuli sellà ac lectore, concessis etiam duo-
bus ministris. Ille duntaxat inter Flamines
insigebat Albogalero (pileo singulari, de quo
13. Januar. n. 2.) quia Flamen Major. Liv. 1.
sect. 60. Alij sacerdotium asserunt institu-
tum à Romulo; sed ex Plutarcho constat,
quod à Numa. Sacerdotibus creandis animum ad-
iecit (subdit Livius) quamquam ipse plurima sa-
era obibat, ea maxime quae nunc ad Dialem Flami-
nem pertinent. Sed quia in civitate bellicosa plures
Romuli, quam Numa similes, Reges putabat fore,
iurosque ipsos ad bellum; ne sacra regia vicis dese-
rerentur; Flaminem, Jovi assiduam sacerdotem,
creavit, insignique eum veste & curuli regìa sellà
adornavit. Fiebat ergo Albogalerus ex lana
ovis dicata Jovi, addebatur virga ex felici
arbore, scilicet oleaginea, vel ut placet Scal-
ligero, Conjectan. in Varron. ex malo Pu-
nica; ex qua fiebat corona, quippe flexibi-
lis (Graec. strophium) & curvabilis, quasi jun-
cus. Is solus album habet galero: vel quod
maximus est, vel quod Jovi immolata hostia al-
bato fieri oporteat. Aul. Gell. lib. 10. cap. 15.
Idem Varro, 2. Rerum divinarum. Pileus api-
cem habebat & tutulum adinstar ricæ, seu
velaminis capitis Flaminicæ; de quo 15.
Martij. Tutulus dicitur & apex eò quod in-
fulæ sacra dicebantur Flaminicæ. Pompon. Læ-
tus, de Sacerdotijs Roman. cap. 7. & Fene-
stell. cap. 5.

16 Plures Flamines quasi Filamines, vel
Pilamines dictos astruunt. Flamines (Varro,
4. de Ling. Latin.) quod filo, aut licio caput cin-
ctum semper habebant. Festus verò, d. Flamen
Dialis dictus, quod filo assidue velerur: inde-
que appellatur Flamen, quasi flamen. Dialis au-
tem appellatur à Dio (Jove) à quo vita dari
putabatur hominibus. Eo quod pileum gestaret (in-
sit Alexand. Neapolit. d.) in quo virgula, mo-
dicum lanæ habens in summo, instar fungi: quem
cum per aestum ferre non posset; dempto pileo,
caput ligabat filo, quod nudo capite incedere,
fas non erat. Solus tamen inter reliquos Flamines,
Dialis albo galero insignis est; quem nisi ex ovis
alba tergo, Jovi immolata fieri non decebat,
ut eo insigni reliquis conspicuus foret. Festo ta-
men die, etsi aestu laboraret; filo dempto, pi-
leum sumebat: tunc enim filo ligasse caput, sa-
tis non erat. Propter eminentiam dignita-
tis pileus gestabatur inter sacerdotij ruti-
las infulas, quod si cecidisset inter sacrifi-
candum, malum erat omen: quapropter
Sulpitio inter sacrificandum apex e capite
prolapsus sacerdotium abstulit. Plutarch. in

Ejus solus
insigae Al-
bogalerus.

Cetera in-
signia.

Vide Fla-
mines &
Dialis

Lapsus ejus
pilei, me-
lum omen.

Marcell. & Valer. Maxim. 1. cap. 1. num. 4.
Annexus erat pileus dignitati Dialis, verum
cum illo agere animum, fas non erat: qua
de causa si decumberet, deponebat statim.
Non enim sacerdotem fas fuit, eo inducum mortem
obire. Appian. lib. 1. & Tiraquell. in Alexan-
dr. loc. cit. Modicum lanæ rutilabat in vir-
gula extremo, ita ut Diali esset in vertice,
cum in pedibus haberent Numina, ornata
pedibus laneis. Ita Servius & La-Zerd. in
illud Virgil. 8. Aeneid. v. 664. Lanerosque api-
ces. Braunius, de Vestib. Hebraeor. lib. 1. cap.
10. n. 7. ait: Lana ejus virgula aurata. Aegyptij
non pileum, sed flamen coccineum, id est
filamen pro insigni deferebant. Diodor. Si-
cul. 4. n. 46. Ita ergo eligebatur, & praet
placere Pontifici Maximo, aliquando, ut
vidimus, capiebatur; sed ex patricijs. Festus
Pompejus, lib. 11. Adi de attinentibus ad
Flamen & Flaminem Dialem; Dionys. Ha-
licarnass. lib. 2. à n. 37. & Ludov. Vives in
Augustin. 2. Civit. cap. 15.

17 Dialis ergo minor Pontifice Sum-
mo, sed major alijs Flaminibus. Describunt
singillatim AA. praetitati, cum Andr. Do-
minic. Flocco, de Potestatib. Romanor. lib. 1.
à cap. 1. Raphaël. Volaterr. Comment. Ur-
ban. lib. 29. Petr. Nannio, lib. 10. Miscellan.
cap. ult. Justo Lipsio, de Magistratib. veter.
popul. Roman. Lucanus comprehendit di-
stinctè cuncta. Sic enim accinit, 1. Pharsal.
à v. 595.

Pontifices sacri quibus permessa potestas,
Turba minor sequitur ritu succincta Gabino,
Vestalemque chorum ducit vittata Sacerdos,
Trojanam soli cui fas videre Minervam.
Tum qui fata Deum, secretaque carmina
servant,
Et lotam parvo revocant Almonè Cybellè,
Et doctus volucres Augur servare junistras:
Septemvirque epulis festis, Titijque sodales:
Et Salius lato portans Ancylià collo,
Et tollens apicem generoso vertice Flamen.

Regibus suffectus est Flamen Dialis, & ne
alia desideraretur dignitas; praefatis supra,
auctoratum ejus munus: unde illi religio,
magistratum petere, vel habere: quod si ad
illum assumptus, à Flaminio abire, necesse
fuit. Quamvis de collegio Pontificum non
esset Dialis, ad rei gravis decisionem inter
illos sedebat etiam iudex; alijque prae-
rogativis potiebatur. Si vincus ejus domum
introisset, illicò solvebatur; & vincula non
per ostium, sed per tegulas foràs subduci
oportebat. Siquis verberatum duceretur, &
ad ejus pedes procubuisset; supplicio exi-
mebatur illo die. Nullus, ni liber tondere
qui-

Varie su-
perfluitones

Ejus virgula
& lana.

Sacerdotia
Romana.

Lucan.

Leges Fla-
minis Dia-
lis.

quibat Dialis capillum. Etiam illi concessum, quod dies quivis uti festum celebraret. Super eum accumbentem haud alius superfedere quibat sine piamine, nisi Rex factorum. Juramento obnoxius non erat. Denique illius honor, ut diximus, quod nemo Flaminum praeter eum uti posset Albogalero.

18 Etiam ejus muneris auctoritas sub legibus; ut ritè officij exercere munia valeret. Prohibitum illi, equo vehi. Classè, vel exercitum videre. Eligi in Contulem. Juramentum proferre. Ferre anulum cum gemma. E domo ejus jus erat, nisi in sacrum, ignem foràs non educi. Nodum, nefas erat, habere vel in apice, vel in cinctu. Capram, carnem incoctam, hederam, vel fabam tangere, nefas; immò quodlibet ex eis nominare. Item succidere propagines vitium aliis extentatum. Subuculam nec exuere neque induere licitum; nisi sub tecto, quia turpe sub oculis Jovis, uti sub dio, seu sub coelo. Ejus matrimonium haud quibat dirimi: ita ut si Flaminica uxor ejus decesserit, dirimeretur à munere. Bustum religio erat, ingredi, sicut cadaver tangere; sed licebat funus exequi. Inhibitum ei fermentum tangere, immò farinam imbutam fermento. Pedes lecti quo cubat, levi luto debebant litos esse, & Flaminem trinoctio illic minimè cubare, alios nunquam. Juxta lectum non poterat esse scrinium, nec arcu- la, maximè si impacta ferro. Unguium Dialis & capilli segmenta subter arborem, felices sepeliri, decretum. Sine apice sub dio esse, nequaquam licitum: sub tecto, fas quidem. Causas hujusmodi rituum commentatur ad puritatem morum in sacerdotibus; Plutarch. in Roman. qq. à 109. usque in fin. Ibi adis; quo à Romanis admittè patent Aegyptiorum superstitiones.

19 Boeotia celebrata in honorem Apollinis Ismenij & Galaxiae, sacra dicta Daphnephoria. Meursius, Graec. feriat. Castellanusque de Festis. Pompa grata, in qua princeps puer pulcherrimus, patrimus & matrimus, cui alius, maximè familiaris, lignum coronatum gestabat, ipso subsequente cum lauro, alijque, qui dicebantur Daphnephori, seu laurigeri; ut Apollini tripodem dicarent. Proclus in Chrestomathia. Causa ut Apollo averteret mala, cujus virtutis erat symbolum laurus vel in praestigias & stryges. Canit Porphyritus, à quo Rhodiginus, 6. cap. 7.

Porphyr. Solvite fenta, pedes liquidis & spargite lymphis Et de manu ramum, laurosque auferre vi- rentes,

Aliaque lu- dica.

Daphnephoria.

Pompa.

Apollis ale- xiacus.

Linea sitque omnis deleta, omnisque; charactèr. Necebant laurum in oblatione tripodis, Apollinis oracula, ne essent ambigua; quia arbitrabantur laurum habentibus vaticinia edi certissima. Hinc Apollo summè cultus in Daphne, ut diximus, 17. Februar. à n. 8. Eodem intuitu puella Daphne, quæ in laurum conversa juxta historiam Mythicam (Ovid. 1. Metamorphos. fab. 9. Hygin. fab. 203. Stuck. de sacrific. Gentil. cap. 175. & Bened. Curtius, 5. de sacr. arbor.) à Spartanis ut Dea habita sub nomine Paspphaes, quippe in ejus fano oracula indubia. Rhodigin. d. Plutarch. in Agide, & Pier. Valer. 50. cap. 24. Quia Apollo Aloxas, id est, Ambiguus (cui dicata Juniperus spinis scatens) ut effectum sortirentur oracula, dicata laurus; eò quod non mutetur, nec arefcit, sed semper vi- reat, venena pellat, fulmina arceat, in divinationem vel ulla portendat, maximè in templo Apollinis Ismenij, ubi divinatio non per voces, sed per ignem. Natal. Comes, 4. Mytholog. cap. 10.

20 Fabula ultra tendit, supposito puero pulcherrimo, ante quem lignum coronatum, & tripas vaticiniorum, cum luco ex lauris juxta fontem Martis, cujus custos draco, ad cujus templum virgo ab Apolline rapta, quam somniavit pater, in eamque depositam orbis felicitatem; quapropter in cœlum vidit ascendere per Galaxiam, circulum scilicet lacteum, Numinum iter. Expergefactus filiam quaesivit, domi non invenit, sed raptam audiit. Protinus sitium misit Oceanus (ita vocabatur: adi Pausan. cap. 289.) sororem raptam quaesivit. Cum in Apollinis eam esse potestate, comperisset, neque omnino abducere puellam potuisset; ignem in lucum, quem Ismenium vocant, misit, ut eam rem, uti narrat Thebani, sagittis ab Apolline confixum. Emphaticum planè somnium, vel commentum, si quod aliud. Vide dicta de Ismenio Apolline, 8. Februar. à n. 13.

21 Salamine sacra Ajaci Telamonio. K. Graec. & Meursius in Graec. feriat. Hic par Achilli, quapropter Alexander Magnus expeditione in Asiam, perveniens Trojam, Achillis & Ajacis inferias peregit, & quæ ad gloriosam illorum venerationem spectabant, summo honore; utpotè qui inter heroes decus Graeciae. Diodor. Sicul. lib. 17. n. 570. Ajax alumnus dicitur Hercules, eò quod eum maximoperè dilexerit. Hercules, ut Telamoni (cujus Ajax filius fuit, ait Apollodor. 3. Biblioth. n. 27.) mascula proles enascetur, à Dijs precibus deposcit; & post preces repente aquila apparuit, enatumque puc-

Cur laurus in sacris Ismenij?

DaphneDea

Virtus lauri.

Filia Oceani rapta à Sole.

Lucus Ismenij sitiat.

Sacra Ajaci Telamonio.

Precibus Hercules mascula proles enascetur, à Dijs precibus deposcit; & post preces repente aquila apparuit, enatumque puc-

puerum Ajacem nominarunt. Hercules ut puerum vidit, ulnis suscepit, attollensque Jovi obtulit, Jovem precatus denuò, puero involuto in leonis pelle Nemæi; ut qua parte opertus pelle, invulnerabilis ac inexpugnabilis esset: quod Jupiter annuit, mittens aquilam in signum: puerque non sine Deorum numine genitus apparuit, & propter formæ pulchritudinem & propter corporis robur. Philostrat. Heroic. in Ajax. Magnum vocabant Graeci, non à corporis proceritate, sed à rebus gestis. Idem ibid. Videbimus infr. Unde Athenis illum venerabantur sub titulo Euryfacis, maximè cum Majo mensè pueri tertio à nativitate anno, floribus coronabantur, ut dicemus ibi die 2. Rhodigin. 21. cap. 17. inquit: Euryfacis Ajax Telamonius dictus à scuti magnitudine. Eum formidabant in obsidione Trojani, Jovique fiebant supplicationes, ne ad muros accederet, quippe eximij vigebat viribus, & acerrimè pugnax, diceas: Viri esse, interficere in certamine fortes; ad Latinos vero pertinere spoliare victos. Hic exercitui Graecorum Trojæ in campis murus aeneus: qua de causa, ut ait Seneca, in Agamem. v. 210. Ajax Major & Melior: licet nescio quo ductus Philostratus quò supra, illi præferat Ulyssèm. Magnus hic ac divinus (inquit) ab Ulyssè semper in palaestra prostratus. Quæ gesserit, fusè cantat Homerus, tot. Iliade.

22 Mortuo Achille, mansit Graecis solus Mavor, sed quia illorum judicio arma fato functi Ulysi concessa, & mentem amisit, & conscivit sibi mortem; ut floridè & eleganter exponunt Sophocles, in Ajace Flaggelij. & Ovid. 13. Metamorph. à fabul. 1. Ulyssès causam interitus cogitans, celsit armis. Graeci ut defunctum & gladio inhaerentem viderunt, ejularunt. Athenienses corpus exposuerunt, Mnestheus habuit orationem. Egregium Ulyssis opus hic notuit. Proposito enim Ajaci, Achillis arma asserens ac lachrymans: Sepeliaris, inquit, in his quæ tamoperè adamasti: victoriamque, quæ ipsorum causa fuit, habeas. Teucer (frater ejus) renuit, non pium judicans, ut quæ mortis causa fuissent, cum ipso sepelirentur. Philostr. d. Sophocl. d. narrat, clypeum tradidisse filio, secumque jusisse arma reliqua sepeliri. Unde in ejus sacris Athenienses lectum omni armaturà instructum adornabant. Meurf. G. F. & Scholiastes in 11. Od. Pindar. in Nemeonic. Quod renuit frater & negarunt Achivorum Principes, reddidit Nemesis. Tradunt incolæ (scribit Pausanias, cap. 34.) post Ajacis interitum apud se primum florem enatum (graphicè quem describit Ovid. d. Tom. I. Ephem.

querelam notante vel in flore litterulà) candidum, rubentem modicè, lilio cum caeteris partibus tum folijs minorem, inscriptum verò eisdem quibus hyacinthum litteris. Audivi quidem quæ Solenses (qui Ilium post ejus everisionem tenuerunt) de armorum judicio produnt, atque illud in primis; post Ulyssis naufragium arma, de quibus certamen fuerat, ad Ajacis sepulcrum tempestate delata. Metrice Asclepiades, 3. Florilogij Graec. Epigram. 11. de virtute meritorum, accinit:

Dilacerata comas, visu miserabilis, huius Consideo ad cineres hic Telamonada. Itha dolore gravi mihi quid fraus callida quondam, Judicibus Graijs ante locuta fuit.

Asclepiad.

Haud minùs eleganter Alciatus, Emblem. 48. in idem propositum, illustratum à Claudio Minoe. Idem etiam lamentatur loc. cit. Antipater Vates, Epigram. 101.

23 De flore, in quem conversus est Ajax, varia dicunt AA. speculatoresque nature. Negat Natal. Comes in 10. Metamorphos. Ovid. fab. 5. etsi fateatur audisè à Lazzaro Bonamico, vidisè florem Alexandria allatum tali formà, qua Poeta suum Hyacinthum describunt; cujus in folijs notæ litterarum reperiantur. Econtra in Senec. Troad. v. 843. Delius asserit: ideoque Virgilianus pastor Eclog. 3. v. 106. dixit:

Dic, quibus in terris incripti nomina Regum, Nascantur flores.

Virgil.

Eò quod Ajax Rex Salaminae fuit. Hinc cogitat florem, in quem conversi & Hyacinthus & Ajax, nostrum esse lilium rubrum (vernaculè, Clavel) seu Violam purpuream: tum ex descriptione Plinij, 21. cap. 26. tum Ovid. d. ubi:

Eccè cruor qui susus humi signaverat herbas, Definit esse cruor, Tyrioque nitentior ostro Flos oritur, formamque capit, quam liliæ si non

Ovid.

Purpureus color his, argenteus esset in illis. Ab utriusque sanguine elicitus flos pulcherrimus: & dum ex Hyacinthi; Apollo prædixit etiam ex Ajacis cruore. Idem ibid.

Tempus & illud erit, quo se fortissimus Heros Addat in hunc florem, folioque legatur eodem. Ipse suos gemitus folijs inscribit & Ai ii Flos habet scriptum, fune suaque littera ducta est. Expresit amplius Vates, referens impletum Apollinis vaticinium vulnere Ajacis, lib. 13. fab. 1.

Idem.

Expulit ipse cruor: rubefactaque sanguine tellus Purpureum viridi genuit de cespite florem, Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus:

Idem.

Littera communis medijs pueroque viroque
Inscripta est folijs: hac nominis, illa querela.

24 Sepulchrum ejus prope Sigæum Tro-
jæ promontorium collocat Plinius, 5. cap.
30. Q. Calaber, 5. Paralip. à v. 470. in litto-
re Rethæo sepultum Ajacem dicit: quo in
loco erat asyllum. Servius in 6. Æneid. Vir-
gil. v. 505. & Alexandr. Neapolit. 3. cap. 20.

Templum.

Nec mirum, etiam templum habuit Salami-
ne cum statua ex ebano. Pausan. d. Videris
diem 16. n. 22. & Athenienses post victo-
riam de Rege Persarum, quasi Heroi præ-
lianti in spoliis distributione, dedica-
runt navem. Ibid. dicitur de Ajacis corpo-
ris magnitudine, pervio tumulo alluvione
maris. Illius Sigæi incolæ arbitrati sunt ossa
(cum quibus etiam immanes dracones, quod
ludicrum) dum Adrianus Imperator, ut vi-
deret ejus sepulchrum, Sigæum profectus,
invenit; ut constituerint Ajacem undecim
cubitorum. Imperator dirutum tumulum
ornavit, ejus ossa complexus. Philostrat. d.
in Ampel. Etiam fictum ipsum è tumulo sur-
rexisse & apparuisse mortalibus sæpe. Appul-
sia quandoque Ajacis tumulo navi, externorum duo
pro sepulchro exultabant, ac tesseris indebant:
quibus adstans Ajax, Per Deos, inquit, hunc
mutate ludum. Idem in Prosefl. Refert etiam
Buleng. de Ration. divination. lib. 3. cap. 1.
Neoptolemus tragædus apud Rethæum Troje, sepul-
chrum, Ajacis, monitus in somnijs; ab ipso rui-
nâ liberatur: & cum lapidum senia deponit, dives
deinde auro redit. Dæmon ita deludebat ado-
rantes.

In tumulo
apparuit.

Signiv

Prestigie
demonis in
apparitio-
nibus Ma-
nim, occi-
sorum in
bello Tro-
jano.

In sepul-
chro morit
vires.

audire indicasset. Jurè plauditur magnanimus
à Philostrato in eo: tulit igitur ignominiam,
quod quidem opprobrium ultus est Hector,
uti 22. Jul. referemus.

26 Alium magnanimitatis tractum in
Ajacis gloriam refert ibid. Philostratus,
quem in suam historiam ludicram excerptit
Bonifac. Rhodigin. lib. 19. cap. 11. Pastorum
petulantissimus Heroa, quasi pestilitatis au-
ctorem varijs convicijs incessit, retorquens
in illum sciolus, nec prorsum amusus, quod
legerat in Homero (Iliad. II. v. 548. & 15.
v. 712. cum telorum grandine nimis urge-
retur.)

Ajax autem non amplius sustinuit, &c.

Homer.

Hæc audiens qui jacebat, homunculi auda-
cis exprobratione percussus; truculentâ mi-
nacique voce, mendacium Poetæ redar-
guens, & opilonis impudentiam reprimens,
proclamavit:

Et voce
convicianti-
tem objur-
gat.

Innum sustinuit, mansitque.

Idem.

Quibus verbis fulmine quasi ictus, attoni-
tus pastor jacuit; cæterique fugerunt. Lusit
lib. 1. Antolog. cap. 5. n. 22. cecinit:

Ajacis apud tumulum intrepidâ astans

Phryx, verbis mala incipiebat convicia.

Ajax verò non amplius sustinuit, sed recla-
mavit.

Expectare autem non sustinuit vivus mor-
tuum.

Plura alia comminiscitur Sophocles loc. cit.
in Ajacis tragœdia, quæ videtis.

Pompa Isi-
dis.

27 Inter Ægyptios pompa Isis, alia
ab illa, quæ in menie Chæcæ celebratur,
ut describam 21. Novembr. Ita in Diar. Ægy-
ptiac. Hæc pompa dicebatur Gravis Isis,
quia præ pondere, est effigies brevis, por-
tari nequibat à sacerdotibus commodè, su-
dore nimio signante laborem, & lassitudi-
nem, penè ut fatiscerent. Meminit functio-
nis Claudianus, 4. Consulat. Honor. à v. 365.

Quantæ miracula pompe!

Obnixisque simul pubes electa lacertis

Sidereum portaret onus. Sic Numina Memphis

In vulgus proferre solet. Penetrantibus exit

Effigies, brevis illa quidem, sed plurimus
infra

Limifer, imposita suspirans veste sacerdos

Testatur sudore Deum. Nilotica sistris

Ripa sonat, variosque modos Ægyptia ducit

Tibia, submissis admugit cornibus Apis.

Omnis nobilitas, omnis sua sacra frequentat.

Clau-
dian.

Hinc de Commodo ait Lamprid. Caput rasi-
tæ ut portaret Isidem. Adi 7. Januar. à n. 18.

28 Astu dæmonis fiebat brevis imagi-
nis pondus, quo magis commendabatur su-
perstitio, quasi patrato miraculo; uti etiam
fisc-

Imaginis
pondus à
diabulo.

fiabat Argis cum simulacro Junonis, quod
portare vel robusti minime valebant præ
gravitate. Hinc pro re magna & quasi im-
possibili dicebatur olim: Junonis sacra ferre.
Junius in Adag. & Ovid. 4. Metamorph. fabul.
10. accinit:

Ovid

Sacroque à corpore pressum

Ingenuit limen.

Idem accidit Furio Bibaculo, cum pro
dignitate portasset ancyle, quod Pyrrhi-
cam quilibet assumebat in choream. Fu-
rius Bibaculus (ait Goltz ex Tit. Livio)
cum esset Prætor, præcumbens licioribus ancy-
le portavit sub eo sudans. Adi hic die 1. à
n. 11. Ubi manifestius embolium diabo-
li verfabatur, & odium ejus in huma-
num genus titulo religionis & constan-
tiæ in virtute; erant Sacra Diana Orthia,
vel Orihosis; queis apud Lacedæmonios
fiabat Diamatugosis; uti dicemus, 13.
August.

Dianasti-
gosis.

29 Mira effudit somnians Balduc 2. de
Oggio Christian. cap. 15. Primi post diluvium
(infit) Ægyptiorum magistri fuerunt Misraim,
& Heber, quorum doctrina sana, mystico
nomine Isis vocata est: illudque deinceps ad
multa secula, & apud omnes nationes, pluri-
mis licet erroribus infecta, revivuit. Istius Deæ
majestas laet sub fabula, qua Apuleius sin-
xit (lib. 11. Metamorph.) Isidem paulatim è
mari surgentem, donec integra appareat; cor-
pus & faciem admirabili pulchritudine nitentem,
prolixæque Casarici hinc inde sparsos crines
habere, & in capite florum coronam ge-
rere. Cum ergo Isis apud Ægyptios duorum præ-
dictorum magistrorum tanquam filia existeret,
& ejusdem Scholæ, hominum velut communis
soror; ab illis velut in uxorem data est posse-
rioribus, inter quos qui excellerebat, Osiris pri-
mo dotatus est nomine, post Syrius vel Tau-
rus, eò quod duo primi post Misraim & He-
berem, qui in hac sapientia excelluerunt, su-
premi in Ægypto moderatores fuerunt. Bah! Bol-
duc desipit. Astruit quod sine fulero cogi-
tat, quia cogitat; & tam hinc quam pluribus
alijs enthusiasmis cogitat cogitationes, sed
ludicras & ab eruditione prorsus alienas.
Econtra Tertullianus de Pallio, cap. 2. ait:
Chaldeum semen in Ægyptum educatum est:
haud Ægyptum religionem docuit, nisi
cum Abraham in illam descendit; de quo
14. Decembar à n. 2.

Imago Isi-
dis.

30 Pharaon Abrahamo (refert Joseph. 1.
Antiquit. cap. 10.) potestatem fecit congre-
diendi cum præstantissimo quoque Ægyptiorum
ac doctissimo; quo factum est, ut virtutis no-
mine in maximam existimationem veniret: nam
Tom. 1. Ephemer.

cum ea gens in diversos ritus & opiniones scin-
dereur, & per mutuum contemptum atque
infectionem, insensis inter se animis age-
rent; collisos inter se eorum de religione ser-
mones, & à seipsis confutatos, vanissimos
esse, nihilque prorsus veritatis habere, decla-
ravit. Ob has disputationes in pretio habi-
tus; ut qui magnam intelligendi, quam elo-
quendi dicendique facultatem præ se ferret,
& numerorum scientiam & siderum, benignè
illis communicavit: nam ante Abrahami
ad se adventum Ægyptij rudes erant huius-
modi disciplinarum; quæ à Chaldæis ad Ægy-
ptos profecta: hinc ad Græcos tandem pervene-
runt. Hæc & alia etiam à Josepho Prorege,
constat provenisse, tempore quo Pha-
rao constituit dominum domus suæ; ut
erudiret principes ejus sicut semetipsum, &
senes ejus prudentiam doceret. Psalm.
104. 22.

Abraham
omniscius
patriar ab
Ægyptijs.

31 Adversatur Bolduco cogitatio An-
onymi in Apendice ad Mytholog. Navais Co-
mit. cap. 14. (proprio nomine Cæsar. Gra-
gorius.) Isidem Ægyptij (ait) religioso cultu
ardenter profecti sunt. Institutum hunc cultum,
ratiocinor, ex tenui, ut ita dicam, aurâ facta,
quæ fuit reliqua de muliere paritura filium, ge-
neris humani Redemptorem. Significat enim Isis
vel Ischa, virginem, aut feminam (Videfis 7.
Januar. n. 15.) Ergo ut Ischa est uxor Ada-
mi in Dei verbo, sic ex veteri Ægyptiorum tradi-
tione, uxor fuit Osidis, quam Latini Osiridem
appellant, Ægyptiaca ad suum idioma molli-
entes, & transferentes. Etiam apud varias na-
tiones diversis imaginibus umbræ videban-
tur viusmodi historiæ. Adifis diem 25.
n. 3h

Quenam
Isis?

DIES XXI. MARTIJ.

I PRIMA Arietis Decuria, & in eo 1. XII. K.
gradus Solis, faciesque Mars,
index audaciæ & fortitudinis: imago, vir
hasta & spiculo munitus sub Præsede Arue-
re. Abenrag. Influxus orientis Arietis pro-
mit Pontan. 2. Uran.

Sedes hæc est generosi regis Maris.
Hinc quibus effulsit nascentibus aurens Helles
Corniger, & primo radiarunt vellera cælos
Hos animi vigor insignes, hos libera corda
Audaces reddunt effando, & recta monentes
Imperiosa viris majestas: hi sua plebi
Describunt jura, & populo dominantur &
urbi.

Arietis Si-
gni insu-
sus.

Pontan.

Inconstans vita tenor & mutabile pectus,
Elatum tamen ac cupidum, rectique probiques